

et in pluribus sacre scripture locis memoratum (gloria hec est
omnibus sanctis eius) perfectis qui per christum omnia terrena relique-
runt / ecce quanta gloria et gaudium tunc erit quando pauperes qui hinc
erant derisui habebunt potestatem iudicandi in superbos.

Psalmus. Cl. in quo monet ad laudem
dei propter beneficium glorificationis.

Propheta invitans ad laudandum deum in sanctis iam
in celesti iherusalem receptis ait.

Laudate dominum in sanctis eius

id est in consideratione sanctorum quos ipse misericordi-
ter iustificavit et mirabiliter remuneravit (laudate) etiam
in consideratione (firmamenti virtutis eius) id est pro eo quod
mortem ipsam cum auctore suo nequissimo potentie sue virtu-
te vicit et credentes ad celum perduxit. **L**audate eum
in virtutibus eius id est per gloria angelicis virtutibus da-
ta qui sunt eius creatione quo ad naturam et confirmatione
quo ad gratiam (laudate dominum secundum multitudinem magni-
tudinis eius) id est secundum gloriam magnam quam extendit ad mul-
titudinem electorum ex diversis partibus mundi vel lau-
dantem deum sine fine sicut magnitudinis eius non est finis.

Propheta quomodo sit deus laudandus per similitudi-
nes mysticas ostendit dicens. **L**audate eum in sono
tube / laudate eum in psalterio et cythara / tuba concrepet
regi psalterium canat deo cythara cum reliquis instrumentis
canat sponso / laudate eum in sono tube quia vos in bello vin-
cere fecit conterente domino sathan sub pedibus vestris / lau-
date eum in psalterio quia vos implere legem prestitit /
laudate in cythara quia carnem vestram vivificavit.

179
Laudate eū in timpano) qz mortificatū corpus vrm
immortalitate donauit (et in choro) qz chorus angelicus
vos associat (et in cordis et organo) qz p ciboru abstīnē
nennā rectoris visceribz cōcupiscētia et vicij carnalibz
digni inuēti estis regno dei ad dōcēdas dīnas laudes.
Laudate eū in cimbali bñ sonātibz / in cimbali iu-
bilacōis) eo qz corrupcōe carnis sangmīsqz depulsas for-
matū ad imaginē creatoris omī plenitudine sp̄i opla-
fulgetis sicut sol in regno dei / et qz ista instrumēta vult
pphetā spūaliter intelligi qz talia instrumenta in celesti
patria nō habēt locū sed ad designācū magnitudīnez
diuine iocū dāis hic interponūtur ocludēs ait (omnis
sp̄itus) siue angelicus siue humanus (laudet dñm)

Reuerendissimi cardinalis / tituli sancti Sixti domini
iohannis de Turrecremata / expositio brevis et utilis
super toto psalterio Moguntie impressa / Anno domini
M.cccc.lxxvi. decima die marchij p petru Schopffer de
gernshaym feliciter est consummata.



Handwritten text in a Gothic script, likely a Latin manuscript. The text is arranged in a single column and appears to be a formal document or a letter. The ink is dark, and the parchment shows signs of age and wear.

Handwritten text in a Gothic script, likely a Latin manuscript. The text is arranged in a single column and appears to be a formal document or a letter. The ink is dark, and the parchment shows signs of age and wear.



